

I N C I P I V N T Q V A E
S T I O N E S E S S E N T I A L E S Q U A M
accidentales M. Ar. ad Bonifacium
o c t a v u m .

Incipiunt quæstiones essentielles, quam accidentales Magistri Arnoldi de nova villa ad reverendum eo competente compositionis formâ. Quæ sit ergo in primo loco. Si operatio lapidis possit fieri ex solis luminaribus & aquæ vitæ? Et respondetur quod sic, aut uno luminari? in fine quæstionum ostenditur quod sic.

I I.

Quæritur si possit fieri ex sola aqua vitæ, Respondetur, Quæ non, Quia ar. vi. nil operatur, nisi projiciatur in matricem mulieris seu fixæ calcis ut ipsum nutriat, & terra nostra est mulier & mater ar. vii.

I I I.

Quæritur si possit fieri ex solis luminaribus, & quare ponitur corpus imperfectum. Resp. quod citius perficitur opus. Et colores quos posuerunt philosophi magis ordinate & secundum dicta philosophorum apparent.

I V.

Quæritur si colores in opere luminarium. Resp. quod apparent sed non servant eundem ordinem.

V.

Quæritur si sol & luna per se quælibet, vel ambo simul facta solutione, debeant pertransire alembicū. Resp. tutior via & melior est quod quolibet trāseat per se, possunt quædā simul trāsire, sed cum majori difficultate. Primo divisim. Secundo conjunctim expetit quod transeant per alembicum. Quia si artifex poterit esse securus quando luminaria sunt redacta in primam materiam, id est, argentum vivum.

V I.

Quæritur quare oportet, ut reducātur luminaria in Quæ id est argentum vivum. Resp. quod argentum vivum est sperma omnium metallorum. Primo immediate non posset fieri generatio perfecta, artificialiter metallorum ex eis profecta, nec eius multiplicatio.

V I I. Quæ